

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

CCXLIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)


Sententiam nondum satis cognitam damnari, respondi, satis superque auditum & convictum esse, in Argentinenſi Synodo apud Pœnitentiarios, me quoque legiſſe & in promptu habere, non tam quæ hic ad Senatam contra Miniſtros Argentinenſes perſcripſiſſet, quam quæ illi ad objecta ejus reſponſiſſent. &c. Jam Elvin. non ceſſat, me ſubinde multis precibus urgere, ut copiam horum Scriptorum illi faciam. Cum autem omnia ea ante annos 18. à T. E. mihi ad privatam meam uſum ſubminiſtrata ſint, nolui ea ſine ejus, à quo accepi, conſenſu, vel huic vel cuiquam communicare. Spero tamen, non improbatum iri, ſi ea quæ T. E. ad Senatam contra Werneri poſtillam (quam ille diurna & nocturna verſat manu) conſignavit, legenda committam. Quis novit, an ea admonitione vel ſectatur, vel induretur animus ejus? Expecto tamen E. T. judicium & voluntatem, cui acquieſcere omnino ſtatui. Reſponſionis loco ab occupatiſſimo vel affirmationem ſimplicem vel negationem requiro. Sed de his ſatis.

Reliquum eſt, ut T. E. in memoriam revocem, quæ ante menſes quatuor coram rogavi. Sine ergo, Ornatiff. D. D. & Mœcenas humaniſſime, me meosque hoc à T. E. viva impetrare, quod poſt mortem meam ne ſuperſtites quidem liberi à Succelloribus obtinere poterunt. Brevius hæc, ne videar vel memoria vel benevolentia T. diſſidere. Opto T. E. cum familia diu & rectè valere. Scripſi Hanzvillæ VII. Id. Maji Anno M D LXXVIII.

T. E.

Studioſiff.

Conradus Lautenbach.



CCXLIII.

*Salutem in Christo. Reverende & Clarissime Vir,*

*Domine & frater honorande.*


L iteras tuas in Schola Portenſi mihi Studioſus reddidit, unâ cum historia Actorum, quæ inter Senatam urbis & verbi Miniſtros Argentorati in negotio Concordia acta ſunt. Cum igitur Elector Saxonie eo die ab omnibus Politicis actionibus vacans, totus pietatis ſtudio & meditationi ſeſe tradidiſſet, Celf. ipſius omnia ſcripta recitavi. Quæ ſane ut ex parte Veſtra ejus Celf. gratiſſimæ fuerunt: ita vehementer miratus eſt, quæ cauſa ſit, quod Senatus Veſter cunctetur. Ut autem iſ quoque exciretur, ſcripſi ego ad D. D. Ludovicum Grempium, diligenter autem diſſimulatis omnibus, quæ tu ad me miſiſti. Et ſuperiorum annorum exemplum propoſui

proposui, cum Argentoratensis Ecclesia tempore Concilii Tridentini sese cum Württembergicis & Saxonis conjunxerit, Illustr. Electorem Saxoniae nunc vehementer mirari, quae causa sit, quod nunc sese ab illis sejungant. Id quod D. Gremius in Senatu non reticebit, & fortassis hoc modo subscriptio maturabitur. Ecclesiae in his locis pacatae sunt & tranquillae, & docet ubique iterum Lutherus à mortuis resuscitatus. Ego paucis ab hinc diebus fataliter decubui, sperans, me intra paucas horas animam exhalaturum, sed Deus me quoque à mortuis resuscitavit, cui vivere volo, nec quiescere, donec negotium Concordiae per ipsius gratiam ad optatum finem perducatur. Elector Saxoniae confirmatissimus est animo & magno Zelo urget apud omnes Principes opus pium & sanctum. Ego etiam vitam impendere paratus, modo Ecclesiae DEI cum sincera doctrina pia & sancta Concordia restituatur. Bene & feliciter Vale. Raptim Lipsiae in die Pentecostes 1578.

Reverendo Viro D. Hinnero, & omnibus Collegis Vestris, Uxori & liberis suavissimis salutem, ut dicas, opto.

Tuiff.

Jacobus Andreae.



CCXLIV.

**L**uctuosum nuncium postremae tuae literae attulerunt, quo tanto magis animum meum percelluit, quo jacturam in Republica & Ecclesia factam, amplius aestimare possum, non uno doctus experimento, cum tam illustria lumina simul extincta sunt, & quod ipsos attinet in Domino defunctos, beatos merito praedicamus, quos hinc abreptos in caelestia transtulit, arumarum omnium portu simul ostense. Idem verò, ut Ecclesiam & te laborantem ipsius servum respiciat, sustentet & refoveat, non desinam precari. Pro scripto communicato maximam habeo gratiam & pium sanctumque conatum probo, quemcumque tandem eventum sit daturus Dominus. Fide id optima conservabo. Ex Heshusii Epistola cognovi, D. Andreae studium & certamen, qui per immensos labores & caecidia eam reportat gratiam, ut utrinque laudetur. Et satis apparet, cur in scripto ad nos transmissio quaedam in speciem duriora posuerit, quibus tamen adeò Flaccianis & similibus non satisfacit, ut hoc ipso nomine mordeatur & arrodatur ejus opera, quod non extrema severitate & acerbitate in dissentientes & eorum scripta, non etiam nominatim, detraherit. Laborat ergo sub onere Vir optimus & doctissimus, una cum aliis sanctis